



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum sacer ordo impedit matrimonio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de
ingressum religionis vel susceptionem ordinis quam per
matrimonium, propter quod non est simile hinc & inde.
Vel melius quia per religionem & ordinis susceptionem
subicitur homo præclaro quantum ad opera voluntaria
naturalibus superadditum in quibus seruus obligatus do-
mino suo, sed per matrimonium non obligatur vir vxori,
nisi quo ad opera naturalia in quibus est liber : & ideo
maius praeditum fit domino si seruus sine cōsentu eius
ordinem suscipiat vel ingrediatur religionem, quā si con-
trahat matrimonium.

6 Ad secundum dicendum quod seruus est res domini
quantum ad ea quae naturalibus superadduntur, sed quan-
tum ad actus naturales qui sunt necessari vel ad cōierua-
tionem induit ut comedere, vel quo ad conferuationē
speciei, sicut contrahere matrimonium non est res eius, &
ideo transferre potest in alterum sine eius cōsentia.

7 Argumentum in oppositum quanuis sit ad verā con-
clusiōnē, tamen parū valet : quia secundum sententiam
Apoloſti, seruus & liber non differunt quātum ad ea quae
sunt de necessitate salutis, sed de susceptione sacramen-
tum non loquitur. Nam & seruus non debet ordinari sine
licentia domini, cū tamen ordo sit verius sacramentum
quam matrimonium, quanuis si ordinetur characterem
recipiat, nos autem quārūm vtrum licet seruo in iusto
domino contrahere matrimonium, & non solum a con-
tractum teneat, & dicimus quod potest & licet.

Sententia huius distinctionis. X X X V I I .
in generali & speciali.

Sunt igitur quidā ordines. Superiorū determinauit Ma-
gister de impedimentis matrimonii quae faciunt per-
sonas medias inter personas legitimas & penitus illegiti-
mas: hic vero determinat de impedimentis que faciunt pe-
nitus illegitaminas ad contrahendum, & diuidit in duas.
Primo agit de impedimentis quae reddunt personas peni-
tus illegitaminas ad contrahendum cum quibuscumque, & secun-
do determinat de impedimentis quae reddunt personas il-
legitaminas ad contrahendum cum quibusdam, & non cum o-
nibus. Secunda, 39. dī. ibi. Post hēc de dispari cultu. Prima
in duas. Primo determinat de impedimento ordinis. Se-
cundo de impedimento voti. 39. dī. ibi. Nunc de voto in-
spiciamus. Prima est principialis lectionis, & diuiditur in
duas. Primo ostēdit quomodo matrimonium per ordinem
impeditur. Secundo quomodo impeditur per vxoridii
crimen. Secunda incipit ibi. His adiiciendum est.

2 IN speciali sic procedit, & primo proponit p̄ quā-
dam ordines sunt in quibus nulla tensio potest contrahi
coniugium: & si inter se ferit copula sit diuorium, sicut sa-
cerdotium, diaconatus, subdiaconatus: in aliis autem or-
dinib⁹ permittit fieri coniugium, nisi vir religionis ha-
bitum sumperferit, vel votum continentie fecerit, quod plu-
rib⁹ autoritatibus confirmatur. Ultimò dicit p̄ occisoribus
fuarum coniugium denegandum est penitus coniugium:
tales autē sic criminatos ecclesiastica disciplina, spirituali
gladio, & non materiali gladio feriri iubet & puniri. Unde
tales debent publicam penitentiam agere, & si contumia-
ces fuerint excommunicantur quousq; consentiant, quod
autoritatibus confirmatur, ergo &c.

Q V E S T I O P R I M A .

Vtrum sacer ordo impedit matrimonium.

Circa distinctionem istam queritur, verum sacer ordo
impedit matrimonium. Et videtur quod non, quia
aut hoc effet ratione ordinis, vel ratione voti annexi, aut
ratione statuti ecclesiastici: non ratione ordinis, quia sic
omnis ordo impedit, quod non est verum de minoribus
ordinibus, vt haberur extra. 39. dī. de his. nec ratione voti
annexi, quia tunc ordo & votum non effent duo impedi-
menta matrimonii, sed vnum: nec ratione statuti, quia ma-
trimonium contractum contra interdictum ecclesiæ non
dirimitur, & sic ordo sacer licet impedit matrimonium
contrahendum saltem non dirimet contractum.

2 Item nihil impedit matrimonium, nisi quod habet
aliquam oppositionem ad ipsum, sed ordo sacer nullā ha-
bet oppositionem ad matrimonium, ergo &c. Probatio
minor, quia sicut virtus non opponitur virtuti, ita nec

Sancto Porciano
sacramentum sacramento, vt videtur: vtrumq; autem tam
ordo quam matrimonium est sacramentum.

3 IN contrarium est, quod dicitur in litera, & habe-
tur, 32. dist. cap. placut episcopos, presbyteros, diaconos,
subdiaconos secundum instituta ab uxore abstinere, quod
nisi fecerint ab ecclesiastico remouantur officio; careros
vero clericos ad hoc non cogi.

4 RE S P O N S I O . Sic ut dictum fuit supra dist. 24.
ordinum quidam dicuntur sacri, quidam non faci: faci
sunt quorū actus ordinantur ad sacrificium altaris in con-
ficiendo ipsum, vel præparando materiā, vt subdiaconus,
vel offerēdo eam sacerdoti, vt diaconus, vel in conferan-
do ipsam, vt sacerdos: & dicuntur faci, quia ordinantur in eis
habent sacra tangere. Non sacri sunt quorū actus ordinā-
tur ac disponendum populi vel remouendum malum ho-
minem, vt oltariorum, vel malum dæmonem, vt exorcista, vel
in disponendo ad bonum sive secundū intellectum, vt le-
ctor, sive secundum affectū, vt acoliti: & dicuntur nō sa-
cri quia promoti in eis nō habent tangere sacra. Hoc supa-
posito dicendum est q̄ ordo sacer habet impedit matrimonium
contrahendum, & dirimere contractum ex se quidem
dispositum, sed ex statuto ecclesiæ completiū. Quad
pater sic: minister debet congruere ministerio ad quod
ordinatur, sed constituit in sacris non congruerent mini-
sterio ad quod ordinantur si contraherent, ergo constituit
in sacris non debent contrahere. Minor declaratur, quia
clericis in sacris sunt ministri. Dei quo ad cōfessionem &
dispensationem ministeriorum diuinorū, sunt etiā mini-
stros ecclesiæ quo ad dispensationem rerū ecclesiasticarum:
ad ministerium verō diuinū dignē exequēdū sunt duo
necessaria, sc̄i à parte corporis, sc̄i puritas actionis, vt pos-
sint diuina mundū tractare, & libertas cōtemplationis, vt
possint libēr spiritualibus intendere, vtrūq; autem hos
rum impedit matrimonium, quia tollit puritatē & macu-
lat corpus & contemplationē, quia occupat circa negotia
seculi, proper quod tollit idoneitatem ad diuinum mini-
sterium. Similiter ad ministerium ecclesiasticum duo sunt
necessaria, sc̄i diligētia in administrāto, & cautela in con-
seruando: matrimonium autem impedit diligētiam, quia
occupatus circa propria minus curat de cōnūniōnibus,
impedit etiam cautelam, quia in priuatō visus vxoris &
filiorum faceret expendi bona pauperi, & ideo non con-
gruit quod promoti in sacris possint matrimonium con-
trahere. Hic autem congruentia superiōnēs statutū
ecclesiæ fecit clericis in sacris constitutis personas sim-
pli citē illegitaminas ad matrimonia contrahenda, ita vt si
de facto contrahantur dirimē debant tanquam nulla, vt
habet expressē extra quod clericis, vel videntes contra-
here non possant, ex literatum. Et eadem ratione debet
eis indicū continentia quando ordinantur in quam sive
consentiant, sive non, & dum ordinis in sacrum suscipiunt
extunc sunt inepti & illegitaminis simpli citē ad contrahē
duo ex statuto ecclesiæ.

5 AD primū arg. dicendū, quod ordo sacer impedit
matrimonium contrahendum & dirimē contractum non
ratione ordinis absolūte, sed iatiōne qua facer ordo, & hoc
dispositum, nec ratione voti adiuncti, quia ex nullo statu
to votum potest adiungi alii factō, nisi videntes volun-
tarie consentiant etiam si verbo diceret & mente non con-
sentire: quia votum est merē voluntatis, sed impedit com-
pletū ex statuto ecclesiæ facientis personas illegitaminas
ad contrahendum postquam sacrum ordinem receperit.
Et quod dicitur quod matrimonium contractum contra
interdictum ecclesiæ non dirimētur, dicendum est quod
ecclesiæ aliqua interdictū simpliciter prohibitione ne fiat sed
si facta fuerint non irritat: alia verō interdictū solū
prohibendo ne fiat, sed statuendo vt irritum sit & inane
si contra statutum fiat, & tunc non solū prohibetur fa-
ciendum, sed irritatur factum. Primo modo int̄: rdicunt
matrimonium contrahi tempore feriā & in pluribus
casib⁹. Sed secundo modo prohibetur in susceptione ora-
dinis.

6 Ad secundum dicendum quod matrimonium est sa-
cramentum ecclesiæ ratione significationis, & quo ad hoc
non opponitur ordinis, & est in officiū naturæ ratione
carnalis generationis: & quo ad hoc opponitur & discon-
uenit ordinis sacro propter causas prius dictas.

Q V E S I